Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et hinnitus tuus · scelus fornicationis
tue super colles · In agro uidi abhomi
nationes tuas · Ve tibi hierusalem · non
mundaberis post me usque quo adhuc

Et factum est XIIII
uerbum domini ad hieremi
am de sermonibus siccitatis
Luxit iudea · porte eius corruerunt
et obstupuerunt in terra · et clamor
hierusalem ascendit · Maiores miserunt
minores suos ad aquam · uenerunt
ad hauriendum · non inuenerunt aquam
reportauerunt uasa sua uacua · Con
fusi sunt · et affecti · operuerunt capi
ta sua propter uastitatem tere · quia non
uenit pluuia in terram · Confusi sunt
agricole · operuerunt capita sua · quia
et cerua in agro peperit · et reliquit quia
non erat herba · Et onagri steterunt
in rupibus traxerunt uentum qua
si dracones · Defecerunt oculi eorum
quia non erat herba · Si iniquitates
nostre responderunt nobis domi
ne fac propter nomen tuum quo
niam multe sunt aduersiones
nostre tibi peccauimus · Exspec
tatio israel · saluator eius in tempore
tribulationis · Quare quasi colonus
futurus es in terra · et quasi uiator de
clinans ad manendum · Quare fu
turus es uelut uir uaesus · et fortis
qui non potest saluare · Tu autem in
nobis es domine · et nomen sanctum tu
um inuocatum est super nos · ne de
linquas nos domine deus noster · hi
dicit dominus populo huic · qui di
lexerunt mouere pedes suos · et non que
uiuit · et deo non placuit · Nunc recorda
bitur iniquitatum eorum · et ulsitabit
peccata eorum · Et dixit dominus ad
me · Noli orare pro populo isto in bo
num · Cum ieiunauerint non exaudiam
preces eorum · et si obtulerint holocau
stomata · et uictimas non suscipiam
eas · quoniam gladio · et fame · et peste
consumam eos · Et dixi · a · a · a · dne
deus · prophete dicunt eis · Non uidebi
tis gladium · et fames non erit in uo
bis · sed pacem ueram dabit nobis in
loco isto · Et dixit dominus ad me
falso prophete uaticinantur in nomi
ne meo · non misi eos · nec precepi eis · et
non sum locutus ad eos · Visionem
mendacem · et diuinationem fraudulen
tam · et seductionem cordis sui prophe
tant uobis · Idcirco hec dicit dominus
de prophetis qui prophetant in no
mine meo quos ego non misi dicentes
Gladius · et fames non erit in terra hac
In gladio · et fame consumentur · Pro
phete illi · et populi quibus prophetant
erunt proiecti in uiis hierusalem · pfame
et gladio · et non erit qui sepeliat eos ·
Ipsi · et uxores eorum · filii · et filie eorum
et effundam super eos malum suum ·
Et dices ad eos uerbum istud · De
ducant oculi mei lacrimas per nocte
et diem ne taceant · Quoniam contri
tione magna contrita est uirgo filia
populi mei plaga pessima uehemen
ter · Si egressus fuero ad agros ecce
occisi gladio · et si introiero ciuitatem
ecce attenuati fame · Propheta nam
que · et sacerdos abierunt in terram quam
ignorabant · Numquid proiciens ab
iecisti iudam · aut syon abhominata